

Eustasius Donati de Leone

16

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Eustasius Donati de Leone

16

1456-08-31

† In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
 Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo
 quinquagesimosexto. Regnante ... Alfonso Dey gratia
 rege Aragonum, Sicilie citra et ultra farum, Valentie,
 Ierusalem, Hungarie, Maioricarum, Sardenie et Corsice
 rege, comite Barchinonis, duce Athenarum et Neopatrie
 ac etiam comite Rossilionis et Ceritanie, regnorum
 ... eius huius regni Sicilie citra farum anno
 vicesimosecundo, ... dominante quoque in principatu
 Tarenti et civitate Mathera ... Iohanne Antonio de
 Baucio de Ursinis, principe Tarenti, comite Licii ac
 regni Sicilie magno comestabulo etc.; mense Augusti,
 die ultimo eiusdem, quarte indictionis, Mathere.

Nos Petrucius de Synerchia de Matera, imperialis ad
 contractus et iudicia ordinarius iudex, Eustasius Donati
 de Leone de eadem civitate... puplicus ubilibet per totum
 regnum Sicilie citra farum ragia auctoritate notarius,
 dopnus Ghyczinosis de Lopa, Nucius Leonis de Alemo,
 Valentinus Cicci de Gaptino, Nicolaus Angeli Boni et
 Ciccus de Tumia, testes,... de eadem civitate,... fatemur...
 quod... constitutis Gaspare Ciccileonis de Virella, de
 civitate Matere... et Vito Antonii Leonis de Virella, de
 eadem civitate,... prefatus... Gaspar asseruit... habere...
 griptam unam cum casaleno uno supra ipsam,... intus
 civitam civitatis Matere, in pictagio ecclesie sancte
 Marie dopni Andre, iuxta griptam dotalem Angeli
 Theoderi iudicis Andree, iuxta domum dotalem Petri de
 sancto Georgio de Licio, iuxta griptam dompni Nardi
 Luce de Mactullo, iuxta viam puplicam a superiori parte
 et iuxta aliam viam puplicam ab inferiori parte,... et
 placebat... dictam griptam... vendere... Qua propter...
 vendidit... supradictam griptam cum casaleno,... cum

platea ante ipsam in comuni pro indiviso cum gripta dicti Angeli Theoderi iudicis An-//-dree et cum gripta domini Nardi Luce de Mactullo, nec non et cum domo dotali dicti Petri de sancto Georgio... pro... pretio unciarum octo...

Quod scripsi ego prefatus Eustasius... notarius... † Ego Petrucius de Synerchia imperialis ad contractus et iudicia ordinarius iudex me subscripsi † Ego Valentinus Cicci de Gactino qui supra testis me subscripsi † Ego dominus Giccenusus de Lopa qui supra testis me subscripsi † Ego Nucius Leonis de Alemo qui supra testis me subscripssy † Signum crucis proprie manus mey Nicolai Angeli Boni qui supra testis inlicteratus et scribere nescientis † Signum crucis proprie manus mey Cicci de Tumia qui supra testis inlicteratus scribere nescientis